



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 39. Terræ sanctæ facies.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66406)

Sæcul. XIII,
A. C. 1227.

§. XXXIX.

Terræ sanctæ facies.

Dum hæc in Europa aguntur, Summus Pontifex Gregorius certior fit de rerum facie in Terra sancta, acceptis literis patentibus, nomine Patriarchæ Hierosolymitani, Archiepiscoporum Cæsariensis, Nazarethani, Narbonensis, Episcoporum Wintoniensis, Exoniensis, & trium Magistrorum Hospitii, Templi, & Ordinis Teutonici, scriptis. Erant vero hujusmodi: *Quis dolorem nostrum verbis satis explicet, postquam luctuosum nuncium aures nostras perculit, Imperatorem in expeditione mensis Augusti in Syriam non venisse? qua re comperta pii peregrini, numero plus quam quadraginta*

*Greg. ep. I.
no. II. Conc.
p. 310. ex
Math. Par.
an. 1227.*

* Mathæus
Paris.

dit. Jam vero superius a nobis dictis Parisiæ, cæteroquin Romanis Pontificibus iniquissimi, testimonium adducere visum, qui de expeditione sacra, a Friderico turpiter deserta, hæc ait: Quod factum Imperatoris damnose nimis redundavit in dedecus, & in præjudicium totius negotii Crucifixi. Tum subdit in eodem loco Rainaldus: Ex his superioribus Conradus Abbas Urspergensis, Friderici Faator, confutatur, qui eo insolentiæ prorupit, ut Gregorium Papam elatum arrogantia, levissimis de causis, nullo judiciorum servato ordine, Imperatorem sacris movisse, monumentis tradere ausus sit.

ginta millia virorum, omnibus ad mili-
 tandum instructorum, iisdem navibus,
 quibus advekti fuerant, reversi sunt. At-
 tamen post eorum abitum remanserunt
 octingenti fere viri Equestres, una voce
 clamantes; vel induciæ tollendæ sunt,
 vel nobis simul omnibus redeundum. Vix-
 que ab iis impetrare potuissemus, ut
 persistant, nisi Ducis Limburgi, qui
 Cæsaris nomine exercitui imperaturus
 erat, auctoritas intercessisset. Ad deli-
 berandum ergo hac de re convenimus,
 cumque Dux edixisset, velle se inducias
 solvere, objecimus, rem periculi plenam
 esse, quin etiam Christianæ honestati ad-
 versam, eo quod juramento firmatæ fuis-
 sent. At qui cum Duce sentiebant, re-
 sponderunt; Papam excommunicationis
 fulmen in omnes illos Cruce signatos mi-
 sisse, qui præterito mense Augusto non
 proficiscerentur, quamvis sciret, inducias
 solvendi tempus non ante duos annos ad-
 futurum. Unde eruebant, Pontificis
 mentem haud esse, ut illæ servarentur.
 Præterea sacri milites, otio torpere no-
 lentes, dicebant: Si discedant Equites,
 irruent in nos Saraceni, nulla inducia-
 rum reverentia cobibiti. Tandem con-
 siliis in utramque partem diu versatis,
 statutum, Hierosolymam movere, atque,
 ut tutior pateret via, urbes Cæsaream &
 JOPPEN munimentis firmare, quod

Sæcul. XIII.
 A.C. 1227.

D d d 5 infra

Sæcul. XIII.
A.C. 1228. *infra mensem futuri mensis Augusti profici posse creditur. Itaque banc Ducibus sententiam stare, extra mœnia urbis Acriæ ad Festum SS. Simonis & Judæ denunciatum est, additis ad omnes Crucem signatos mandatis; omnia necessaria ad iter Cæsaream versus, die Festum Omnium Sanctorum sequente, suscipiendum pararent. In fine Epistolæ auxilium totius orbis Christiani efflagitant, quam Papa suis literis, vigesima tertia Decembris, anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo datis, insertam ad omnes Fideles misit, sicque ruptis cum Saracenis induciis auctoritatem conciliavit.*

§. XL.

Imperator iterum excommunicatur.

to. II. Conc. p. 413. Aff. ap. Rai. 1228. **I**nterea Gregorius Papa censuras censuris in Fridericum Imperatorem adiciebat. Quippe Romam convocatis Episcopis ex Longobardia, Thuscia, Apulia, ex toto Ecclesiæ Patrimonio, aliisque Præsulibus, qui ad ejus Curiam in causis suis privatis venerant, orationem pronunciavit, præmissis illis Jobi verbis: *Job. 31. 35. Quis mihi tribuet Auditorem, ut desiderium meum audiat Omnipotens? Tum, collectis præsentium suffragiis, modoque, quo in Imperatorem ageret, constituto, eum in Cœna Domini, die vigesima tertia Martii, anno millesimo ducente*